



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXLVI. De Impugnatione Castri Scalowitarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

## CHRONICI PRUSSIÆ.

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Tent.

Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Prussia.

327

bus. Unde signantes se signo sanctæ Crucis, transeuntes dictum Exercitum Lethovvinorum plures interfecerunt, aliquos lethaliiter vulnerarunt, cæteris in fugam conversis, cum suis sani & incolumes redierunt. Ecce quomodo unus persequebatur milie & duo fugabant X. Millia. Nonne ideo, quia Deus suos vendidit, & Dominus conclusit eos, utique tu es ergò DEUS, qui facis mirabilia magna solus Jesu Christi, qui es benedictus in secula seculorum Amen.

## CAP. CCXLV

*De*

### *Exustione præurbiorum Castri*

*Junigedo.*

**A**NNO Domini MCCXCIII. tempore hyemali, Magister nec sibi nec suis parcens, nec laboribus, nec expensis; Sed semper intentus ad exaltationem fidei & fidelium, congregatâ omnipotentiâ exercitus sui, venir ad Castrum Junigedam, & hostiliter impugnavit, occisis pluribus duo suburbia dicti Castri (a) unum in monte aliud in valle redegit in favillam.

ANIMA DVERSIO.

(a) Aliud illud fuit suburbium Castri Vista. Kojal. l. c. p. 203.

## CAP. CCXLVI.

*De*

### *Impugnatione Castri Scalowitarum.*

**D**HOC exercitu fugit occulte quidam armiger de Raganita, natus de terra Barthenfi, filius perditionis, qui veniens ad Regem Lethovvinorum obligavit se sub poena capitis sui tradere

re



*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Meneko de Querfurt XII. Mag. Prov. in Prussia*

re ipsi Castrum Scalovitarum. Cujus verbis Rex aurem credulam adhibens, dedit ei exercitum eadem hyeme. Qui venientes propè dictum Castrum, fratrem Ludevicum dictum Osse interfecerunt, deinde cum occulte venirent usque ad portam, frater Conradus & frater Albertus de (a) Indagine cum suis armigeris licet paucis, audientes strepitum exercitus, opposuerunt se viriliter, & habito longo altercationis bello, tandem vix Castrum ab impugnatione Infidelium defenderunt; non tamen sine laesione plurium utriusque partis. Lethovini autem videntes quod amplius agere non possent, cumbusto præurbio recesserunt.

## ANIMADVERSIO.

(a) Von Hagen, ut notat Ampliss. Dn. Zamelius.

## C A P. CCXLVII.

*De  
Præurbiorum combustionē Castrorum  
In pīgōdā & Pīste.*

Odem anno in die B. Jacobi Apostoli frater Meneko Magister nec labore victus, nec morte vincendus, qui nec mortem timuit, nec vivere recusavit, congregata magnā potentia Equitum, ambo Castra Lethovinorum, scilicet Junigedam & Pīstam fortiter impugnavit, & occisis & vulneratis aliquibus utriusque partis, cum amplius agere non posset, suburbia utriusque Castri funditus concremavit.

## C A P. CCXLVIII.

*De  
Vastatione territoriorum Pastoviae & Gesoviae.*

Anno